

Nicolaus Schütze

Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Nicolaus Schütze/ I.U.D. & Codicis Professor, Ad Exequias Quas ... Viro Henrico Prenger/ Civi huius urbis primario Liberi moestißimi hodie hora prima paratas cupiunt, Omnes omnium ordinum Cives Academicos sedulo invitat

Rostochii: Kilius, 1640

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn772089507>

Druck Freier  Zugang







Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/pnn772089507/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn772089507/phys_0003)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn772089507/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn772089507/phys_0004)

DFG

PROGRAMMA
Quo
RECTOR
Universitatis Rostochiensis
NICOLAUS Schütze,
J. U. D. & Codicis Professor,
^{AD}
EXEQUIAS
^{QUAS}
HONESTISSIMO ET INTEGRIMO VIRO
HENRICO
PXLEYSEGER

Civi hujus urbis primario

Liberi mestissimi hodiè hora prima paratas cupiunt

Omnes omnium ordinum Cives

Academicos sedulò invitat.



ROSTOCHII,

Typis NICOLAI KILI, Acad. Typogr.

ANNO M. DC. XL.





Si nemo forte sit, qui
luctu abstineat, in suorum, quam-
libet maturo, ex hac vita disces-
sus; natura enim etiam invitatis
id imperat: Tamen eorum, qui ætate confecti
& vivendo defessi sunt, obitus non tam lu-
ctum postulat, quam ut piè defunctis gratu-
lemur. Quidni enim id faciamus, ijs qui non
à vitæ solum, sed ætatis molestia liberati in-
portn felicitatis nullo tempestatis aut alterius
violentia periculo turbandæ navigant? Ac-
cussari solet senectus, & senum querelæ fre-
quentes audiuntur, quod avocet à rebus ge-
rendis, quod corpus faciat infirmum, quod
privet omnibus ferè voluptatibus, quod haud
procul absit à morte; nec istæ querelæ quam
justæ sint nanc disputamus præsertim ultima
illa de mortis vicinia: quæ perinde est, ac si
nauta portui vicinus, de eo conquestus, cala-
mitatem suam deploret. Ab his ergò que-
relis liberari, nonne res est gratulatione po-
tius, quam luctu digna? Igitur causa non-
est,

est, ut vel nos vicem honorati Viri Da. HEN-
RICI PRENGER senis ultra septuagenarij
doleamus, vel ejus liberi & propinquui obitum
longævi parentis lugeant, cujus præsentia,
consilio, auxilio usi, quæ ab illo acceperunt
beneficia sine querela ad posteros transmit-
tant. Sed vitæ seriem videamus. Natus au-
tem est hac in Urbe Anno seculi superioris
sexagesimo septimo XXIX. die Novembbris
inter 6. & 7. matutinam: patre quidem Dn.
HENRICO PRENGER p.m. Cerevisia-
rio & Mercatore industrio, Templi S. Marianij
& ærarij publici per annos bene multos præ-
fecto fidelissimo; matre verò MARGARETA
von Rheden p. m. Nobilissimi Dn. HULDE-
RICI à Rheden Capitanei & militiae armatae,
ut equestris ordinis hominem decebat, ante-
signani ac ducis bellicosissimi & ANNÆ
Wollenböreriae ex præcipua & honesta fami-
lia natæ, filia. Avum habuir paternum sibi
& patri cognominem, ex Westphalia oriun-
dum Equestris militiae præfectum, postea Ci-
vem hujus urbis & Mercatorem primarium;
virum non minus belli fortem, quam domi pa-
cis cultorem studiosissimum. Aviam GAR-
TRAU.

D 2

TRAU.

TRAUTAM Dn. HENRICI Leferdes /
Senatoris olim in hac Rep. patria Amplissimi
filiam. His majoribus ortus & in hanc lucem
editus à peccati inquinamentis, postea insti-
tutionis capax, ad vera pietatis virtutumque
exercitia, ἐν παιδίᾳ καὶ νεοτιᾳ κυρίᾳ juxta præce-
ptum Apostoli, indefessa parentum cura pro-
moveretur & educatur: utq; institutioni nihil
decesset, Ludimagistris tum publicis, ea ætate
apud nos Scholæ patriæ jam tum primum,
exordia sumentis, tum privatis, optimis qui-
buscunq; commissus, politioris literaturæ
fundamenta postquam jecisset uberioris in-
genij cultus ergò ad vitam Academicam ani-
mum appulit. Quia verò fors & occasio id
temporis ita suadebat, ingeniumq; ipsius à li-
teris ad mercaturam declinare inciperet, suasu
patris peregrinationis ergò iter suscepit in su-
periorem Germaniam, Bohemiam, Austriam,
(& in ea Viennam, sedem Imperatoris) Hun-
gariam, & in ea Presburgum usq; excurrit &
perlustravit. Deinde in patriam reversus,
promovendæ mercaturæ in Hispaniam & Lu-
sitaniam navigavit, ubi in Emporio opulen-
tissimo ac toto orbe celeberrimo Lisbona rem
fecit.

fecit: Postea in Livoniam & Curlandiam, Daniam & Norvegiam eadem de causa abiit, Gedaniq; codem tempore florente mercatura aliquandi commoratus ita aliquot annos emendo vendendoq; transigit: Tandem satur peregrinæ mercaturæ in patriam redijt & Anno Domini 1594. ætatis XXVI. propriam domum instituere & vitæ sociam sibi eligere decrevit. Itaq; sibi elegit Virginem pietate & virtute ornatissimam ANNAM Viri optimi Dn. NICOLAI PAPKEN p. m. Civis ac Mercatoris primarij, ædis Marianæ præfecti, filiam, eamq; solenni ritu sibi junctam die XX. mensis Augusti domum duxit. Ex eo conjugio pacato ac tranquillo suscepit filios tres, HENRICUM, NICOLAUM, ULRICUM, filias duas MARGARETAM & ANNAM. Quarum illa annis puerilibus mortua, cæteri adhuc DEI gratia, superstites: HENRICUS liberalium artium Magister, Ecclesiæ Parchimensis ad D. Georgij Archidiaconus fidelissimus, NICOLAUS philologus politiorisq; literaturæ cultor, UDALRICUS Civis in Norvegiæ regno. ANNA nunc conubiali fœdere juncta Clarissimo, Consultissi-

D 3

mo

mo Dn. FRIDERICO CORFEIO J.U.D.
Consuli & Syndico Gustroviensi amplissimo.
Mortua prima hac uxore, quæ desiderium
sui non parvum reliquit, ad secunda connubia
transiit Anno hujus seculi sexto, die Septem-
bris undecima, ac domui duxit, lectissimam
Virginem ELISABETHAM integerrimi
Viri Dn. JACOBI LINDEMANNI Ci-
vis primarij filiam, ex qua sex liberos genuit,
JACOBUM JOHANNEM, primum, JOHAN-
NEM, secundum, negotiatorem Bergensem,
CHRISTIANUM SS. Theologiaz in Academia
Regiomontana Studiosum, DOROTHEAM,
Speciatissimo Dn. SIMONI GERKENs Civi-
& negotiatori hac in civitate primario nu-
ptam & BERNHARDUM. Ita hoc in conju-
gio totos triginta quatuor annos tranquillè &
jucundè vixit: donec tandem hujus militiæ
curlu, in fide & bona conscientia ad septuagin-
ta quatuor annos peracto, vitâ sine tranquillo
& beato conclusit. Cum enim die mensis præ-
teriti sexto decimo graviter decumbere cœ-
pisset, vires autem tot annorum laboribus es-
sent consumtæ, die 29. ejusdem prædicti
mensis, hora ad vesperam sexta, in vera Dei
agnis

agnitione & invocatione, inter suspiria, lacrumas & preces præsentium, hanc vitam caducam cum ista immortali commutavit, & coronam, benè in hujus vitæ stadio currentibus promissam, adeptus est. Quid est in hujus Viri vita, quod querelam postuleat? Vedit quidem & expertus est plurima, quæ non voluit, at, quæ voluit forte non pauciora: Adversam fortunam patientia & constantia superavit, secundam sine fastu & insolentia accepit, rem familiarem & liberos florentes vedit, corporis viribus ad senectutem usq;, si non athleticis, tamen firmis & ætati convenientibus usus, pietatem D eo, integritatem sibi & conscientiæ, fidem, studium, operam proximo probavit, inter spinas calceatus, inter procellas, quales belli tempore neq; paucas, neq; leves coactus est sustinere, pileatus: planè ad exemplum apud Poëtam qui tectus tenet se, & sustinet omnem vim tempestatis, dum pluit in terris, ut possit sole reducto exercere diem: Sic ille meliori tempori se reservavit, & quicquid adversi ingruit, vel fortiter exceptit, vel prudenter declinavit. Itaq; exemplum in hoc viro habemus hominis inter varias

rias fortunæ adversitatis, in humanæ vitæ
fragilitate, in casibus quotidianis, tamen,
civili beatitudine prædicti & ab hac in cœ-
lestem, sine dubio & periculo profecti.
Imitemur, ô Cives Academicí, virum simplici
pietate, candore, probitate prædictum ac de-
functum, & frequentia nostra in funere du-
cendo testemur serio, nos virtutes istas amare
& præmium vitæ longævæ à D e o summo
dispensatore & arbitro exspectare. P.P.

Rostochij sub sigillo Rectoratus

3. Novemb. Anno

1640.

Conventus fiet hodië hora pri-
ma in templo Jacobæo.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/pnn772089507/phys_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn772089507/phys_0013)

DFG




Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/pnn772089507/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn772089507/phys_0016)

DFG

fecit. Postea in Livoniam & C
Daniam & Norvegiam eadem d
Gedaniq; eodem tempore floren
aliquandiu commoratus ita aliqu
mendo vendendoq; transfigit: T
peregrinæ mercaturæ in patriam
no Domini 1594, ætatis XXV
domum instituere & vitæ sociali
decrevit. Itaq; sibi elegit Virgin
& virtute ornatissimam ANNAM
mi Dn. NICOLAI PAPKE
ac Mercatoris primarij, ædis Mari
filiam, eamq; solenni ritu sibi j
XX. mensis Augusti domum du
conjugio pacato ac tranquillo
tres, HENRICUM, NICOL
RICUM, filias duas MARG
& ANNAM. Quarum illa ann
mortua, cæteri adhuc Dei grati
HENRICUS liberalium artiu
Ecclesiæ Parchimensis ad D. Ge
aconus fidelissimus, NICOL
politiorisq; literaturæ cultor, U
Civis in Norvegiæ regno. ANN
nubiali foedere juncta Clarissime

D 3



the scale towards document